



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

177. Parabola vigesima quarta, Iniqui iudicis, & Viduæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

nam quinque fratres: ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

Luc. 16. v. 27. & 28.

II. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. *Luc. 16. v. 29. 30.*

III. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. *Luc. 16. v. 31.*

MEDITATIO CLXXVII.

Parabola XXIV. Iniqui iudicis & Vidua.

I. Dicebat Iesus & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur. *Luc. 18. Vers. 1. & 2.*

II. Vidua autem quaedam erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adversario meo. Et nolebat per multum tempus. *Luc. 18. v. 3. & 4.*

III. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor,

ta-

tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo veniens fugilet me. *Luc. 18. v. 4. & 5.*

MEDITATIO CLXXVIII.

Expositio precedentis parabole.

I. **A** It autem Dominus : Audite, quid iudex iniquitatis dicit : Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? *Luc. 18. v. 6. & 7.*

II. Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra? *Luc. 18. v. 8.*

MEDITATIO CLXXIX.

Parabola XXV. Pharisei & Publicani.

I. **D**ixit Iesus & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam justi, & aspernabantur ceteros, parabolam istam : Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent : unus Phariseus, & alter publicanus. *Luc. 18. v. 9. & 10.*

II. Phariseus stans, hæc apud se orabat : Deus, gratias ago tibi, quia non sum, sicut